



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 66. Cleri Gallicani iudicium de Montpessulani Episcopi epistola ad
Franciæ Regem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

direct. Verum tantum abfuit, ut hic Sæc. XVIII.
 Præful ad hæc monita refipifceret, ut A. C. 1730.
 potius tertio post anno die tertia Maij
 acerbis literis ad Parifiensem Archi-
 epifcopum datis, Clero Gallicano ex-
 probraret, quod ipfum ad submissionem
 erga Constitutionem *Unigenitus* horta-
 tus fit, cum tamen melius ipfum con-
 vincere debuiffet, quod ipfe fe fe sua
 agendi ratione a fraterna unione fepa-
 rarit, & Constitutioni majorem, ac
 hucusque præftitiffet, obedientiam ex-
 hibere teneatur, de cetero autem fe
 charitatem, patientiam, & affectum
 fuis Confratribus debitum nunquam
 fegregaturum a fideli veritatis defenfio-
 ne, nec unquam antiquæ doctriinæ de-
 gratia, & charitate Dei, traditionis,
 Ecclefiæ Gallicanæ libertatum, & fa-
 cratorum jurium Majestatis Regiæ pro-
 pugnationi defuturum, hasque ob cauf-
 fias fe haud poffe Bullam recipere &c.
 Haud abfimilia documenta Metenfis,
 Virodunenfis, Caftriensis, & Trecenfis
 Epifcopi contra Gregorii VII. officium
 edidere.

§. LXVI.

*Cleri Gallicani judicium de Montpef-
 fulani Epifcopi epiftola ad
 Regem.*

T 2

Jam

Sæc. XVII. A. C. 1730. Jam supra mentionem ingessimus de
 epistola, quam Montpessulanus Præ-
 sul contra Officium S. Gregorii Pape
 ad Regem dederat: Hanc Rex neque-
 dem referare dignatus, suadente Fle-
 ryo Cardinale, Archiepiscopo Parisien-
 tradidit, ut illam in Cleri Comitio
 examinari curaret. Hic igitur ad Re-
 gis jussa die octava Augusti in octoge-
 sima quinta Sessione præfatas Episcopi
 literas Congregatorum Præsulum ju-
 cio commisit, in hæc verba perorans:
 Nota est omnibus Epistola sub nomine
 Montpessulani Præsulis Regi inscripta:
 Hanc præfato Episcopo attribuere
 prohibet reverentia eidem debita; ma-
 xima tamen solertia, qua fuit divul-
 gata, necnon principia, quibus scates
 deposcere videntur, ut congregati Pa-
 tres illam perlegant, ejusque examina
 Ecclesiasticæ jurisdictionis Commis-
 riis demandent, hique desuper suum
 judicium in comitiis exponant. Equi-
 simo Archiepiscopi postulato annoe-
 bant omnes: Seliguntur ergo præcipue
 Burdegalensis Archiepiscopus, Ne-
 mausensis Præsul, Pater Senaultius &
 Targnius Doctor, ex quibus Burdega-
 lenis die nona Septembris in centesima
 undecima Sessione hæc exposuit: Ex
 Patrum mandato Montpessulani episto-
 lam die 31. Decembris ad Regem tra-

„tam unacum Commissariis examini
 „subjeci; Hæc causa cunctis Episcopis
 „adeo cordi esse deberet, ut doctrina,
 „Religione, & inviolabili erga sacra-
 „tam Regiæ Majestatis Personam, Re-
 „gnique jura, studio animati compel-
 „lantur, in hac rerum vicissitudine a-
 „pud Regem scriptotenus conqueri de
 „gravi injuria, quam Montpessulanus
 „Præsul in sua epistola Episcopis intu-
 „lisset, dum eos de neglecto obsequio
 „erga suam Majestatem eo fine infimu-
 „lare studuit, ut suam rebellionem
 „contra Constitutionem *Unigenitus* co-
 „loraret, & si possibile esset, ejus ac-
 „ceptionem ab omnibus Episcopis fa-
 „ctam redderet exosam. „

Sæc. XVIII.

A. C. 1730.

„Supervacaneum esse arbitror, ut
 „rebelles, & schismaticas ne dicam hæ-
 „reticas expressiones sparsim in hac e-
 „pistola contentas, & a Commissariis
 „in ejusdem discussione annotatas fu-
 „sius exponam; quid enim Hi de hac
 „epistola sentiant, exactissime, ac
 „prorsus solide explanatum habetur in
 „idea epistolæ a Commissariis desuper
 „conceptæ, quæ si Congregatis Patri-
 „bus bene visum fuerit, Regi porriga-
 „tur: & si ita lubet: hæc prælegatur. „

Postmodum recitatis hisce literis
 congregati Præsules decrevere, altera
 die in Parisiensis Archiepiscopi ædibus

Sæc. XVIII. A. C. 1730. conventum esse habendum, ut hac fu-
per re maturum instituat^r examen;
convenientibus igitur cunctis illi, qui
Montpessulano favebant, contra epis-
tolæ ideam, nescio quæ opponebant,
quinimo Sanitiensis Episcopus, ne
agnitæ veritati acquiescere compelleret^r,
nunquam ad Sessiones reversurus
ad suam Diæcesin profectus est, die vero
quinta Septembris quidam Sacerdos
nomine Episcopi Montpessulani Valrabio
Abbati ac Secretario literas confignavit,
vi quarum hic Episcopus cunctis
intercessit, quæ contra ejus epistolam
ad Regem, ceteraque ejus scripta in
comitiis decernerentur: Interim Coo-
gregati Præsules, ut omnem cavillandam
ansam Adversariis præriperent, ex li-
teris Regi porrigendis nonnulla durius
expressa delevere, alia temperarunt,
& quædam correxerunt.

§. LXVII.

*Summa epistolæ a Clero Gallicano
contra Montpessulani literas
Regi oblatæ.*

Hanc epistolam ita elimatam non modo
Præsules in comitiis congregati, sed etiam inferioris Ordinis Oratores
ac Deputati suo chirographo die
undecima Septembris firmarunt, ac de-